

Liber

appellare quem quemadmodum miles socium in militia non
militem suum vocare potest sed commilitonem et discipulus eum
qui unum eundem preceptorem habet non discipulum suum
sed condiscipulum e diverso preceptor non vocat condiscipu
los auditores suos sed discipulos et dux in bello non commilito
nes sed milites suos appellat licet Cesar et quidam alii
appellaverunt milites suos commilitones comparande benivo
lentie gratia Ut apud Virgilium eneas qui sub eo erant
socios vocat Hic ergo homo privatus non debuit quenquam
suum civem appellare sed concivem ut cursim aliquem
propriis dicere Nonnunquam tamen invenit civis pro con
civis Ut lelius apud Lactanciu nec civis meus est in que
tua classe Cesar audieris Dicam tamen municeps meus
pro eo quod est civis meus quia municeps non invenit
At quotiens non apponimus pronomen recte sine com
Discipulus Condiscipulus positione loquimur Audite cives succurrite milites legite di
scipuli etiam si mei fuerint concives commilitones condiscipuli
quod si quando per hec posteriora sive pronomina loquar tamen
pronomen subintelligendum est ut cives me cives clamant
tu non das partem commilitonibus ille semper exagitat condi
scipulos questionibus subintelligit mei tuis suos non quasi
singularium aliquorum civium · Pretor Consul Questor
Edilis Censorius Tribunus Primipilaris Senator
79 Pretor qui preturam Consul qui consulatum Questor
qui questuram Edilis qui edilitatem Censorius qui
censuram Tribunus qui tribunatum primipilaris qui
primipilatum gessit Senatorius non dicitur sed senator ut
dixi ut senatorii ordinis ut de domo senatorio Triumphator
qui triumphat proprie sed etiam aliquis qui triumphavit Cete
rum illa priora nomina sunt substantiva eo quod iungunt nomi
adiectiva ut diligens consul bonus tribunus custos pretor se
verus censor hec posteriora sunt adiectiva eoque cum subiunguntur ut
homo consularis tribunicia mulier pretoria familia cen
sorium dictum Et si absint substantiva subintelliguntur ut consu
lares rogant primum sententiam in senatu proximum pretorii de
inde tribunicii intelligimus homines quemadmodum in illis
Proconsul plebei nobiles potentes ingenui libertini Proconsul non
quod pro alio consule preest provincie sed qui cum potestate
consulari ex ordinem ad aliquam provinciam administran
dum mittitur pretor quod non duodecim fasces eum precedunt
consulem sed tantum sex ut etiam pretorem et presidem

Quartus

Propretor non pro alio preturam sed extraordinariam gerit Ita Propretor
qui dicit pro questore et si qui sunt alii huiusmodi nomi
na magistratus Regium regienses albam albenses Cumas cumanes
80 Regium ex opido calabrie Regienses ex opido gallie cisal
pine quorum opidorum utrunque vocatur regium Alba
ni et albenses ex opido alba in latio Albani ex opi
do alba ad latium finitimi Albenses Cumani ex opido
cumarum in campania quam nunc prave vocant terram
laboris Campaniam vero eam regionem que illi finitima
est romam versus Comenses ex opido como in eadem gal
lia quam lambardiam nunc nominant in qua ipsa gallia
et finitimi como est bergamum Unde bergomenses Per bergomenses
gamenses pergamum ex qua pergamena in asia a qua Pergamenum
urbe quia ob penuriam cartam ab ytalo rege missa est mem
branarum copia membrane pergamena sunt nominate
In asia prima intelligo nam in ea que est tercia pars orbis
terrarum regia quedam est eodem nomine quam turciam nunc Turcam
vocant non autem (ut quidam volunt) teucriam quemadmodum Teucria
in affrica que et ipsa tercia pars orbis dicit esse regio eius
dem nominis nisi affros dicimus homines non autem affrica
regionem Thebani a thebis in grecia thebei a thebis in egip Thebani
to Sed thebei secundum formam grecam sit thebea et thebani gre Thebei
ce thebei dicunt non tamen occurrit ubi in libris gentilium lege
rim thebeos · Prisca pristina quid significent
81 Prisca que superioribus seculis aut superiore etate ut pris
ci latini priscus tarquinius prisca tempora pristina
nostra amicicia pristina beneficia nostra Neque recte h
dicas prisca illic pristina At vero si de rebus que non senes
cunt loquaris pristinum non priscum decebit ut pharaos et
circus nunquid ad pristinum statum redibunt Maria in freto
mesanensi laborant ne montes (si lucano credimus) repetat
pristina confinia Atqui tantum temporis est ex quo illic ma
re recepit ut memorie non inveniat proditum Padus
per quingentos et eo amplius annos solet reverti in pristinum
cursum etc · Prosper felix quid significant inter se
82 Prosper qui dat felix qui recipit prosperitatem Sidus ve
neris (si credimus mathematicis) prosperum est nato sub
sidere felix Dicimus tamen proprie homines quidem felices
Deos autem tempora loca actiones fines successus prosperos
et signa sunt similia utrunque tamen aliquando recipit exceptio
nem nam et non semel legimus prosperam alicuius valitudinem

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;